



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**

18. Aprilis. 14. Cal. Maij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

294 ANNI CISTERCIENS.

sis est, respurgatur Ecclesia; quantus fato-  
conver- dor vite ad vitam quivis perfecte pa-  
sio pec- catoris. nitens profecto indubitanter pronun-  
ciabimus; quia domus repleta est ex  
odore unguenti..

18. Aprilis. 14. Cal. Maij.

Promo- B. J A C O B E, Archicœnobiarcha Ci-  
tus stercij, Generalis totius Instituti  
anno ordine X X I. Qui propter singularia  
1223. gratiae & naturae ornamenta, per uni-  
versum S. Ordinem famosissimus erat  
ac proinde ex inferiore gradu ad sum-  
mum electus.. Sed quanquam apud  
Honорium III. quod obtenta Privile-  
gia testantur, aliisque principes grati-  
osus fueras; felicius tamen cum morte  
duellum speravisti, si privatus cum ea  
congredereris. Dignitatibus itaque ab-  
dicatis, uno sanctitatis titulo conten-  
tus, ex hac vita migrasti. Tu honorum  
nomina abiecisti, ut securius morereris.  
Eac, ut ego nomina ingentium debitorum,  
quibus Divinæ majestati obstrictus sum,  
ante mortem expungam.

Obiit B. IDESBALE, Abbas mona-  
anno sterij Dunensis in Flandria, sanctorum  
1167. prædecessorum successor simillime  
qui inclytu illud cœnobium per an-

nos duodecim summâ tum pietate, ac prudentiâ, tum utilitate tuorum rexisti: quorum votis longiore præfecturâ satisfecisses, nisi ætas annis gravata, & quæsita in solitaria devotione præparatio ad felicem mortem, te ad sepndernâ publici munieris negotia persuassent. Sepulchrum tuum nobilitavere prodigia quâm plurima: quorum illuſtrissimum, quia continuum, est, corpus poris incorrupti vivacissima species, à 500. etiam his nostris temporibus conspi- annis cua; nec ulla sui parte à quinque sæcu- manet lis immutata: ita ut illud modo inspi- incorsiens arbitretur, eodem die terræ man- ruptū. datum fuisse. Eodem privilegio & veſtes gaudent; quæ recentissimæ inter suavitatis miræ odorem perseverant.  
*Quidquid de corpore meo post mortem fiat, Incor- perinde est, dummodo pretio meritorum tu- orum obtineam aroma divinæ gratiæ, per animæ quod anima à laniana vermium conſcien- tiæ reddatur immuniſ.*

B. E B E R H A R D E, Converse Hemmenrodensis: qui coquinæ servitijs deputatus, in simplicitate cordis tempus ita partiebaris, ut laborem oratio, & hanc rursum ille, excluso semper otio exciperet. Et hanc utriusque mixtram cœlo gratam esse, prodigia ostenderunt. Nam cùm aliquando exituris

*Circa  
annum  
1215.*

## 296 ANNI CISTERCIENS.

manè ad opera fratribus cibaria para-  
re solita sedulitate festinares; ollamq;

*Ollam* vacuam igni admovisses, orationi pau-  
confra- lis per vacaturus; ad focum redux; et  
etiam o- candens, affusâ nimis properanter fri-  
ratione gidâ, in frusta dissilire trepidus asperi-  
repa- sti. Tum sancti Patriarchæ Benedicti  
rat. in DEUM fiduciam imitatus, brevi, sed

ferventi oratione peracta, vasi integro  
coquenda olera injecisti. Quibus men-  
sæ impositis, mirabantur vescentes, ci-  
bi solito maturius porrecti, optimum  
saporem, qualem antea nunquam es-  
sent experti: ignari nempe, quod pre-  
tiosum orationis condimentum co-

*Ora, ut* adjunxerit. *Quantum humilis ac*  
*devota apud Deum possit oratio, cibus ille*  
*animæ, & alimentum pietatis: mille exem-*  
*plos constat. Tu me sic orare doceas; ut pre-*  
*ces meæ, quod petunt, à Deo imperrent.*

S. BERNARDUS, ser. 18. in Cant.

Oratio *Accedat cibo boni operis orationis*  
est con- *potus, componens in stomacho consci-*  
dimen- *tum bo-*  
tum bo- *entia, quod bene gestum est, & com-*  
norum *mendans Deo. Orando bibitur vi-*  
operū. *num lœtificans cor hominis, vinum*

*spiritus, quod inebriat, & carnalium*  
*voluptatum infundit oblivionem.*

19. April.